



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Vita Et Doctrina Jesu Christi**

**Avancini, Niccolò**

**Coloniae Agrippinae, 1689**

Hebdomada III. Post Epiphaniam.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59970](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59970)

3. Considera devotionem, qua filium  
um, & munus Sacerdoti præsentavit:  
hanc oblationem comitata sit intentio  
puritate? qua charitate? &c. Confer tuam  
cum illius devotione. Vide quantum tibi  
sit: penetra ejus necessitatem in tua voca-  
ne. Digere tibi tempora, & actiones, quæ  
te magis cum Deo conjungas.

### DOMIN. III. POST EPIPHANIAM

#### Quare Christus offerri voluerit

1. **T**ulerunt illum in Hierusalem, ut  
rent eum Domino. Luc. 2. Considera  
auctorem legis voluisse implere opere, quod  
verbo jussit. Legislatores, aut Doctores  
magis legem suam, aut doctrinam firmam  
quàm opere. Multa de virtute, de Deo  
dicis: sed facisne etiam? Non laudatur  
Christo, qui solùm docuerit, aut præce-  
rit, sed qui fecerit, & docuerit. Vide ergo  
verba tua firmes operibus. Virtus enim  
sistit non in dictis, sed in factis.

2. Considera eum, qui venerat magis  
humilitatis, nullam ejus exhibendæ occa-  
sionem præterisse. Æstimabatur purus homo  
ut cæteri, eadem lege peccati obstrictus  
quid tum? Dei Filius magis attendit,  
grata sunt Patri, quàm quæ sibi honori  
At tu fortè contrarium attendis? Fortè



ia, quæ Deo debes, ad tuum honorem torques? Quo plus tu ipse honori tuo studes, minus eum Deus procurabit, minus concedet: quia *gloriam suam alteri non dabit.*

3. Considera Christum voluisse duplici titulo nostrum esse: ideò, qui datus à Patre fuerat, voluit in præsentatione emi, ut ait S. Thom. de Villanova. Vide quomodo titulos quærit, & cumulat, quibus tuus sit. Idem tu præsta in illum, quot tibi suppetunt? quot tu perdis, ac negligis? Esto posthac sollicitus magis, ut sis Dei, quàm fueris hætenus. Titulos suggerit omnis hora, omnis creatura. Quo tu magis Dei fueris, Deus erit magis tuus.

F E R I A II

**Mater Filium, Filius seipsum Patri offert.**

**C**ONsidera qui fuerint affectus Virginis in Deum, cui hanc hostiam offerebat, fidei adorationis, gratiarum actionis pro omnibus donis sibi impensis, charitatis, sui ipsius resignationis: quæ deinde in nos charitas, quia eum offerebat divinæ justitiæ pro nostra salute. Gratias age Virgini. Disce hanc quoque hostiam iisdem affectibus pro peccatis tuis offerre. Cum hac offer teipsum quidquid es, quidquid potes: aliàs acceptus



ceptus non eris. Nihil enim gratum est Deo  
nisi quod cum Christo, aut ejus meritis  
fertur.

2. Considera quomodo se Christus ipse  
æterno Patri obtulerit ad promovendam  
suae gloriae, & salutem generis humani.  
Nisi vero cum quanto, quàm puro affectu, sine  
omni suo commodo? Accende in te zelum  
pro gloria Dei, & salutis proximorum. Offerre  
tibi te & Deo, & ejus vicariis superioribus  
quævis ardua. Detestare priorem te porro  
Pete gratiam, &c. Cogita Christum tuum  
etiam ad te respexisse. Quid ei debes? Respon-  
dere potes imitationem, aliàs nihil.

3. Considera quàm grata fuerit hæc ob-  
latio Deo, quia offerebat Mater, offerre  
bat se ipsum Filius; offerebatur Filius pro  
pretium totus mundi, dilectissimus Patri. offer-  
rebat in finem gloriae Dei, & pretium  
redemptionis nostræ. Gratulare Patri, Ma-  
tri, Mundo, quòd una tandem inventa  
oblatio, quæ Deo placeat. Agnosce &  
tui pretium oblatum. Expende quanti testi-  
ficavit deus: quantum te amaverit. Et quid

reddes, nisi amorem? Hunc  
etiam brutum amanti  
reddit.



De occurſu Simeonis ſenis, & ejus  
elogio.

1. **E**Thomo iſte juſtus, & timoratus .Luc.  
2. Pulchrum ſancti ſenis elogium.  
Optima ad recipiendum in ulnas vel in ani-  
mam Chriſtum diſpoſitio eſt juſtitia, ſeu  
vitæ ſanctitas, & timor. Juſtitia Chriſtum  
nobis unit, timor unitum conſervat; dum  
non ſolum *expellit peccatum*, ſed minimos  
etiam naevos arcet. Nam, *qui timet Domi-  
num, nihil negligit*. Diſce ad conſervandam  
animæ puritatem minimos defectus curare,  
ne per hos viam majoribus aperias, & pau-  
latim decidas. Perfectio virtutis in minimis  
elucet. Tunc hoc agis?

2. *Expectans conſolationem Iſrael*. Sciebat  
promiſſum Salvatorem; ſed videbat tot cla-  
bi ſæcula, tot Patriarchas, ac Prophetas, qui  
eum ſperabant, interim emortuos; ipſe ta-  
men conſtanter expectabat. Quàm magna  
hæc in Deum fiducia! quàm conſtans expe-  
ctatio! Quam tu expectas conſolationem?  
abſit ut vanam, vel caducam à creaturis. Er-  
gò ſanctam in ſolo Deo? ſed nondum expe-  
ritis? nondum tibi aſſecutus videris? Ex-  
pecta dominum grandi fiducia, & conſtan-  
ter. Aderit certò re ipſâ, ſi cum ſpe præoc-  
cupaveris.

E

3. Et



3. Et responsum acceperat à Spiritu sancto non visurum se mortem, nisi prius videret Christum Domini. En quid promeritus sit iustitiâ suâ, timore & expectatione? nempe certitudinem videndi Christum. Forè nec ausus fuit de hoc interrogare, sive ex humilitate, sive ex certa fiducia, & tamen responsum accepit. Habes aliquid similis felicitati. Quot mandata, quot regulas, tot habes à Spiritu sancto responsa, non visurum te mortem, si ea observes, cum iustitia, timore & fiducia. Sic enim dictum est: *Hoc fac & viues*. Tuum est, ut hæc tibi promissionem certam reddas.

### F E R I A IV.

Simeon accipit Christum in ulnas suas.

1. **E**T venit in Spiritu in templum. Luc. 2. Considera S. Simeonem motum ab eodem Spiritu, à quo promissionem acceperat: testinasse spiritu fervido, ac sitibundo in templum ipsâ horâ, quâ Christus inferebatur. Hanc opportunitatem si distulisset, non vidisset Christum Domini. Quantum est oportunitatem & gratiam oblatam arripere! Noli differre, cum gratiam habes, forte hæc ultima est æternum non reditura.



Hoc ipsum te moveat, quod hactenus plures neglexeris, cujus merito cum dolore recordaris.

2. *Et ipse accepit eum in ulnas suas.* Promissum solum erat, quod videbit Christum: at insuper eum in ulnas accepit. Plus dat Deus, quam promittat. Tu contra plura spondes, & proponis, quam praestes. Noli esse tam parcus in eum, qui in te est tam liberalis. Accepit eum inter brachia: per quæ, ut ait Hugo, nostræ operationes significantur. Ad Deum quidem pervenitur desideriis; sed non tenetur nisi operibus. Erras ergo, si proposita statuisse contentus, ad opera non progrediaris.

3. *Et benedixit Deum, & dixit: Nunc dimittis servum tuum Domine &c.* Considera, qui fuerint gerentis affectus, fidei, spei, charitatis, gratulationis tam sibi, quam toti mundo, resignationis, ac potissimum moriendi desiderii: quo significat, se nullius creaturæ amore in via hactenus detentum, sed solâ spe videndi Jesum. Felix anima, quæ in nullas creaturas amorem spargit, sed totum in Deum colligit! Hoc postulat finis tuus, ad quem creatus es. Abstrahere ergo à creaturis affectum. Tantum accedis ad Deum, quantum ab illis recedis.



## S. Simeon prophetat de Christo.

1. **E**cce positus est hic in ruinam. Luc. 19. 9.  
 Salvator in ruinam? sed eorum, qui  
 cognoscent quidem Deum, sed non, secun-  
 dum cognitionem honorabunt; qui abu-  
 tentur gratiis, & per suam malitiam voca-  
 tioni non obsequuntur. Time ne & tibi  
 in ruinam, si gratiis ejus non utaris. De-  
 tam frequentem earum abusum. Ora-  
 effi caces dari. Statue cooperari. Sit potius  
 ruinam tuarum passionum, exemplo suo,  
 auxilio

• *Et in resurrectionem multorum: in*  
 omnium, si velint. Nemo à gratia resur-  
 di per Deum excluditur. Quæ bonitas  
 Dei? offensus gratiam offert? læsus læde-  
 tis amicitiam quærit. *Non vult mortem*  
*cat r's, sed ut convertatur, & vivat.*  
 hoc bono, aut commodo suo, sed tuo.  
 pensus ergò Deus tua vult bona, quam  
 ipse tua. Quod si resurgas ejus ope, quom-  
 iterum tuâ malitiâ cadis? O pudor!  
 mum resurge, ut cadas nunquam. Sed  
 dus passionum opprime, ne te in lap-  
 trahant.

3 *Et in signum, cui contradicetur* Et  
 tus vitæ Christi dedit Prophetiæ veritate







zelo? Confide quod ames, & exardeſce omnem Dei injuriam.

2. *Tuam ipſius animam pertransibit gladius.* Considera cauſam, ob quam voluit Deus B. Virgini hunc doloris gladium in infantia Chriſti per prophetiam imprimere. Fortè voluit eam Chriſto magis conſimilem: ut ſicut ille ab infantia ſemper habuit ſibi præſentem paſſionem ſuam, ita & tu ſemper ejusdem memoriã torqueretur. Vnde quò evadas per aſſiduam crucem & mortificationem: ad ſimilitudinem Chriſti. Crede enim virtus, cùm adverſis probatur: per ſuorum jorem virtutem Chriſto es ſimilior. An non hanc ſimilitudinem? ama crucem. Ad hanc te magno animo reſolve; hanc amplectere.

3. *Tuam ipſius animam pertransibit gladius.* Considera prophetiam hanc, eodem quidem momento, maximè autem tempore paſſionis Chriſti impletam. Percurre ſymptomata Chriſti: vide præſentem Crucem & Virgini. Cogita quis dolor matris ob tantum in tantum Filium injurias fuerit. Scilicet tu hunc gladium matri infixiſti, qui Filio injurias, tam graves irrogaviſti. Dole, & tunc tunc gladium iræ Dei.



## S A B B A T H O.

## De Annæ Prophetissæ occurſu.

1. **N**on discedebat de templo, jejuniis, & obsecrationibus serviens die ac nocte. Luc. 2. Considera perseverantiam hujus sanctæ matronæ in dictis exercitiis, à quibus non remittebat. Non meretur virtutis nomen, quam non comitatur perseverantia. Apud Deum hæc sola coronatur. Quomodo tu ad coronam pertinges? Quàm multa proponis? quàm pauca exequeris? Minimâ difficultate frangeris, &c. Perrumpe tandem, reddetur suave, quod credebas laboriosum.

2. *Non discedebat de templo, jejuniis & obsecrationibus, &c.* Ibid. Considera deinde ipsas hujus viduæ virtutes, virginalem & vidualem ejus castitatem, exactam legis divinæ observantiam, frequentem cum Deo communicationem, rigidam abstinentiam. Atque his merita est Jesum verum Deum agnoscere, hæ enim sunt, quibus se Deus communicat penitus agnoscendum. Vis ut Deus se tibi exhibeat? habe cor mundum, observa mandata & regulas: sæpè cum Deo colloquere: retrahere te à sensuum delectamentis.

3. *Et hæc ipsâ horâ superveniens.* Ib. Considera hanc Annæ felicitatem ad hanc horam



ram esse à Deo dispositam, ita tamen, ut & ipsa hâc eâdem horâ occurrat, cæteroquin eo solatio non potitura. Ita Deus gratias suas certo tempori, & occasione alligat, quas nisi eâ horâ arripias, fortè nunquam obtinebis. Vide ergò, ne hâc horâ oblatam gratiam prætereas. Perduntur sæpè multæ, dum una negligitur. Nam Deus eas veluti percatenam ducit, uti si uni coopereris, plures promerearis. Si scires ab una hac pendere tuam salutem, quid ageres? Et fortè pendere. Ne ergò sis segnis, & incurius.

**DOMIN. IV. POST EPIPHANIAM**  
**De affectibus, & sermone Annæ**  
**Prophetissæ.**

**1.** *Et hac ipsâ horâ superveniens.* *Luc.* Considera qui fuerint interni affectus Annæ agnoscentis sub velo Carnis verum Deum: quæ fides, spes, amor, gaudium, gratulatio, sui resignatio, &c. Suntne iidem tui in Deum velo accidentium panis tectum? Si credis, cur non major est in eum reverentia? Si speras, cur affligeris adversis? Si amas, cur amorem dividis in creaturas? Si gaudes, cur solatia ex cæno mendicas? Si gratularis tibi tanto bono, cur alia extra Deum æstimas? Si te resignas, cur toties te iterum recipis? &c.